


Imp. J. Pinto lege. 1574. mense Aug. No. p. m. v. r. 111



~~_____~~
cahier publicatio

VRBIS OLISIPONIS DE
SCRIPTIO PER DAMIA
NUM GOEM EQVI
TEM LVSITANVM,

Apud Sebectur. 1633.

In qua obiter tractantur nō nul
la de Indica nauigatione, per
Græcos, et Pœnos et Lusita
nos, diuersis tempori
bus inculcata.

1554



J.C. Miller

COMPRA

235387

RES
4343



[Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]



QUINCLYTO PRINCIPI DOMI
no Henrico, portugalliæ infanti sacrosan
ctæ ecclesiæ Romanæ, Tituli sanctorum
quatuor coronatorum cardinali meritissi
mo, Damianus Goes Eques Lusitanus.

S. P. D.



Indicarū rerum historiam, in lu
cem vt darem, cū crebris docto
rum hominū epistolis diu vrge
rer, eam ex exemplaribus collige
re, atq; disponere pridem cœperam, id qui
dem mihi effectum iri posse, tunc polliceba
tur otium meum literarium, quo eo quidē
tempore laute, & citra publicorum negotio
rum onera vtebar. Sed cum mecum perpen
derem, mihi id modo deesse, quod summe
in historia scribēda requiritur, ab incepto de
stiti. Nā ei qui iustam, & absolutam histo
riā scribere vult, in primis liberū, & vacuū
tempus tribuēdum est, deinde animi quies,
& omnium munerū vocatio, postmodum ^a
magnum principū fauor, quo industria,
& labor studiorum, præmijs adaugeantur.
Quocirca (præsertim cū neq; cura neq; ne
gotio, carere possem) succisiuis tantum die

a ij



rum horis, id quod continenti temporū de-
cursui destinaram, cōcedere, & tribuere pro-
posui, & curriculo mearum lucubrationum
currens, Olisiponis vrbis descriptionē hoc
tātum tempore componere institui, eamq̃
tuo duntaxat nomine illis inquā ipsis euul-
gare decreui, qui a nobis id flagitare nus-
quam destiterunt. In qua sane descriptione,
quidquid ad ipsius vrbis originem, & orna-
mentum inuestigare valuimus, faciliori quā
potuimus penicillo depinximus. Cæterum
opusculum hoc quale qualecunq̃ fuerit, sub
tua protectione emittere consulto p̃posui-
mus, vt quæ nostro huic labori desunt, naq̃
forte multa deerunt, quæ nos assequi nō po-
tuimus, ea tua animi celsitudine, & eximia
doctrina, sic foueantur, proteganturq̃, vt
ab alienorum laborum mordacibus, teme-
re q̃ calūniantib9, nullo alio adminiculo suf-
fultē, se se tueri, defendereq̃ possint. Vale.



VRBIS OLISIPONIS SITVS,
& figura, Damiano Goe equite Lusitano
authore.



Væ sunt vrbes nostra hac tēpe-
state, quas iure oceani dominas,
ac tanq̃ Reginas appellare possi-
mus, quarū ductu & imperio to-
tus oriens, occidēsq; hodie nauigatur. Earū
altera est Olisipo, quæ a Tagi faucibus eius
oceani partis imperium sibi vendicat, quæ
Africam, Asiamq; immenso maris circuitu
cōplectitur. Altera vero Hispalis, quæ a Be-
ti fluuio occidentem versus, quem hodie di-
cunt nouū orbem, classibus patefecit. Cuius
describendę partes, ijs cōsulto relinquim⁹,
quorū scriptis, de huius noui orbis reperti-
ratione, multa forte memoriæ mādabūtur.
Nobis vero, cū de situ, & vrbis Olisiponis
statu constitutum sit solummodo scribere,
non ab re visum fuerit, si ante quam negoti-
um aggrediamur, inde incipiamus, vnde ip-
sa res de qua scripturi sumus, nobilior effe-
cta sit, nempe de inuento a nostratibus per
æquora, in Indiam itinere. Quæ res vt me-
morabilis, ita etiam in ea paulo nobis vaga-

OLISIPONIS

si licebit, atq; etiam antiquorum testimo-
nijs, studio nostro lectoribus aperire, quan-
ta difficultas in hoc negotio, se semper ob-
tulerit ijs, qui rem tantis periculis ! ple-
nam, ausi fuerunt quouis modo tentare.
Quocirca ab eo qui summo studio, summa-
q; animi virtute rem tam præclaram no-
stris temporibus aggredi ausus est, exor-
dium capiemus. Is enim inuictus ille Al-
fonsi quinti filius, diuus Ioannes secun-
dus Lusitanorum Rex fuit. Ille quidem qui
bello regnum suis vindicauit, paceq; sibi re-
gni hæreditatem multifarie turbatam resti-
tuit. Igitur cum regis indefatigatū animum
Indicarum rerum desiderium vehementius
agitaret, non nauibus solū ab illa parte lito-
ris Æthiopici, quod ad ea vsq; tēpora a no-
stris exploratum erat, eam Indiæ plagam, q̄
ad ortum solis attinet, inuestigare proposu-
it, sed terrestribus etiam itineribus, negotiū
auspicari voluit. Quod quidem per homi-
nes Lusitanos singulari linguarum, rerumq;
notitia præditos, in eo libro quem de rebus
Æthiopicis scripsimus, factum esse demon-
strauimus. In quo etiam studio, doctrinaq;

DESCRIPTIO

prudētissimi principis Henrici, oceanū Atlantici, Æthiopicūq; insulas, & litora prius, multoq; antea inuenta, lustrataq; a nostris fuisse, obiter tractamus. Proinde dum Ioannes ille adhuc viueret, industria, auspicijsq; Bartholomei Didaci, viri Lusitani, nauticæq; artis peritissimi, frontem ei continentis parti contiguam, quæ recta ad montem lunæ porrigitur, nostri inuenerunt.

Quæ frons ab oceano emergens, sinu Hesperico, Prassoq; promontorio, immenso tractu terrarum, ad australem cœli cardinem, vtrinque protensa, gradum ferme quintum, & trigessimum attingit. Quibus terminis Ichthiophagorum videlicet, & Anthropogitarum, nihil literis Ptolemeo cognitum fuisse constat. Quamq; Plinius, Melas, Solinus, & Martianus, ex Iuba, Artemidoro, & Xenophonte Lampfaceno, & Nepote Cornelio, de Hannone Pœnorum rege, & Eudoxo, alijsq; qui hoc mare experientia, seu relatu nauigabile tradunt, scribentes, huius itineris notitiam olim fuisse, totumq; ab Indis ad Herculeas colūnas patefactū, cultaq; eius litora esse testentur.

a iij

OLISIPONIS

Ac insuper testimonijs confirmant. C. Cæfare Augusti filio in Arabico sinu constituto, Hispaniarū nauū, naufragio eiectas fragmentorū reliquias apparuisse. In qua quidē sententia Herodotus eximius antiquitatum indagator, Græcos fuisse asserit, qui mare quod extra colūnas vocatur Atlāticū, & Rubrū, idē esse mare pro certo affirmant. Atq; alibi Græci, inquit, qui pōtū incolunt, oceanum cōfluere terrā, pro comperto habent. Postmodum ex vetustissimis Ægyptiorum ānalibus, hæc prodit. Nempe Necū ipsius gentis regem, cū a deprimenda fossa, a Nilo ad Arabicum sinū destitisset, nauibus quosdam Phœnices misisse, quos iussit, Herculis colūnis superatis, ad septentrionale vsq; mare penetrare, atq; inde in Ægyptū cursum facere. Qui e mari Rubro soluētes in australe venerū mare, deniq; in Ægyptū per fretū Herculeum, post biennium remearūt: & in hunc modum dicunt Græci Africæ litus primo in totū cognitum fuisse. Secundo vero, Xerxis temporibus Africæ promontorium Sata spē superasse scriptis confirmant. Qui admodum nauigatiōis tædio cōfecti, ad colūnas Herculis, vnde in Atlanticum

DESCRIPTIO

oceanum prodierat reuersus, in Ægyptum
cursum tenuit. Deniq; Strabo ex Aristoni-
co testatur, Menelaum per gades circumdu-
ctum, iter in Indiam fecisse. De qua quidem
re, prolixius non agemus, ne longius, quã
res ipsa postulare videt, digrediamur. Illud
quidem verissimum videtur, & ratione cre-
dibile, tam vastam, & periculis infinitis ob-
iectam nauigationem, ita tum hominũ ani-
mos affecisse, vt semel inchoata vel (si atti-
git) absoluta, nemo secundo rem tam ardu-
am, vel potius mōstrosam, aggredi auderet.
Qui sane, tam immēsa peregrinationis cur-
sus, nostratum siue indefatigata indole in-
stigante, siue auri sacra fame urgente, tã de-
niq; modo frequēs habetur, vti nō maioris
negotij nunc huiuscemodí nauigationē exi-
stiment, quam si in Britanniam, aut in Belgi-
cam, ex Lusitania per oceanum iter facerēt.
Huic vero repertæ frontí, vt ad inceptũ re-
deam, ob rem insperatã, Rex idem Bonæ
spei caput nomen indidit: reliquũ iam inde
oceanum Indicum nauigandi, occasionē fa-
ciliorem, sibi oblatam esse sperās. Cæterum
naues illæ quibus Bartholomeum Rex præ-
fecerat, multis casibus, aduersisq; tempesta-

OLISIPONIS

tibus disiectæ, ipso Bonæ spei promontorio, vt antea demonstrauius, superato, flumen ingrediuntur, cui Infantis flumen nomen inditum fuit, eo quod inter cæteras naues, vna cui Rex Lupum Infantem virum Lusitanum præfecerat, omnium prima ad fluminis Ripam appulsa sit. Inde vero vltius progredi minime tutum esse duxerunt, propterea quod in tanta maris vastitate, itinerisq; & temporis intercapedine, gentem nullam reperissent, quæ tum nauibus vteretur, veriti ne si longius procederent, non Indos, genus hominum suapte natura cultissimum, ac disertissimum, sed alias nationes, terrasq; barbaras, ac imanes offenderent, a quibus forte etiam grauioribus incommodis premerentur, quam quæ in his experti essent, quorum litora, portusq; antea tetigissent. Qua re mature pro rerum facultate, & prudenter animaduersa, mutata velificatione, in Lusitaniam reuertuntur. Id vero diuino potius quam humano consilio accidisse crediderim, quod deuicti oceani gloria, futuro regi integra, fato quodam, intactaq; reseruari videretur. Interea quidem re infecta, Ioannes Rex moritur: no

DESCRIP TIO

uisq; rerum momentis occurrentibus, vti tum maxime fieri consuevit, Emanuel Regnum suscepit, statimq; biennio postquam regni gubernacula suscepisset, cum omnia domi, forisq;, a finitiuis regibus tuta satis, ac pacata cerneret: quod a suis maioribus antea summo studio factum esse videbat, in idipsum animum coepit intendere. Tres igitur parari naues, ac instrui iubet. Quibus Vascum Gamam, genere Lusitanum, equestris ordinis virum praefecit. Qui comparatis rebus omnibus quae ad tam longam profectionem necessariae videbantur, octauo idus Iulii anno dominicae incarnationis. M. CCCCXCVII. idoneum Aquilonem nactus Olisipone soluit, celeriterq;, concitatore vento in Indiam laetis auspicijs, sed immenso labore, peruenit. Sed nos rebus ijs omnibus cum ipsa India omis- sis, ad institutum nostrum properemus.

Olisiponē igit̃ quis primus condiderit, in tanta seculorum vetustate, pro certo nos affirmare non audemus, quam tamen inter antiquissimas Hispaniae vrbes, annumerāda esse, vetustissimi quiq; scriptores testantur. Hanc Varro Olisiponem, & Ptolemeus

OLISIPONIS

Oliosiponem appellāt. Strabovero Vlisseā,
& ab Vlisse cōditā esse, ex verbis Asclepia-
dis Myrliani videtur asserere. Is enim Myr-
lianus in Turditaniam ludo literario præfuit,
atq; de gētibus ipsius regionis librum con-
scripsit, prodiditq; etiam Olisipone in tem-
plo Mineruæ, fragmēta q̄dam suspensa tūc
extare, videlicet parmas, Apulstra, nauūq;
rostra, vlyssis errores indicantia. Ex quo sa-
ne loco nō satis liquere arbitratur quidam
Oliosiponem ab Vlisse cōditam esse. Nobis
tamen, tantī viri testimonio adhærere pla-
cebit potius, quam illorum dicta cōproba-
re, qui id nullo certo argumēto cauillare co-
nātur. Præsertim cum Solinus vir apprime
doctus ipsius Strabonis sententiam sit se-
quutus. Noster quoq; Andreas Resendius
vir doctorum omnium iudicio & calculo
comprobatus, id multis in locis scripto-
rum suorum, & imitatur & confirmat.
Sed quod ad nominis rationem attinet, ex
quadam ipsius Resendij oratione, & ex mul-
tis vetustissimis tabulis in vrbe ipsa re-
pertis, ab illoq; collectis, facile liquet, scribi
debere Olisiponem. per. O. & duplex iota,
& simplex, s. Erat autem Olisipo Romanis

DESCRIP TIO.

temporibus Romanorum ciuium municipi-
 piuz. Plinij grauissimi scriptoris testimoniū
 hoc loco afferre non pigebit. Municipium
 (inquit) ciuium Romanorum Olisipo, felici-
 citas iulia cognominatum. Vnde autem no-
 minis origo emanarit, temere affirmare nō
 audemus. Id enim fortasse tam multis fabu-
 losum videretur, quam illud Varronis, a lu-
 stino iudicatur. In Lusitania vbi est oppidū
 Olisipo, monte Tagro, equas e vento concipi-
 pere. Cuius sententiam, & Plinius, & Solinus
 approbarunt. Quam tamen vt diximus, lu-
 stinus his verbis mendosam esse enixe affir-
 mat. In Lusitanis (inquit) iuxta fluuiū Tagū
 equas vento concipere multi authores, pro-
 diderunt, quæ fabulæ ex equarum foecūdi-
 tate, & gregum multitudine natae sunt,
 qui tanti in Gallecia & Lusitania, & tam per-
 nices visuntur, vt nō immerito ipso vëto cō-
 cepti esse videantur. Quæ sentētia nobis sa-
 ne non ita displiceret: nisi physici rationib9
 adniterētur probare, naturam ipsam, ex fe-
 mineo tantum sexu, sineq; marium congre-
 su, multa gignere, & procreare solitam esse.
 Quam quipem Varronis locum. D. Roderi-
 cus Archiepiscopus Toletanus, in sua histo-

OLISIPONIS

ria, satis luculenter comprobat. Mons vero Tagrus, cuius Varro meminit, meo quidem iudicio ille idē est quem nos Sintreum vocamus, & a quo lunæ promontorium in mare prorumpit, millia passuū ab Olisipone plus minus viginti, & quatuor. Quod nostris hodie Rocham, appellari placuit, siue vt latine dicam Rupem. In cuius decliui montis, oppidum, admirabili loci amœnitate, cœliq; clementia, hodie conspicitur, ingenti ac magnifico regum Lusitanie domicilio nobilitatum, quod de nomine montis Sintram dixerē. Mons vero diuersis ferarum generibus, auiumq; mire abundans, pecori item pascēdo ppter singularem soli bonitatem, adeo est accōmodus, vt cuilibet facile possit persuaderi, equas sine admissario cōcipere. Ad latus porro huius montis, quod latus ab oceano patet, vic9 passib9 circiter duob9 milib9 i colliculo positus est (Collares accolæ vocant) a quo haud ita procul, sub rupe in pelagus procumbente antrum est quod accedente alluitur oceano, fluctusq; introrsus reciprocantes, salo spuma permisto, recipit in sese, & item eruētat, ingēti vndarum strepitu, in quo Tritonem concha canere olim

DESCRIP TIO

visum nostrum vulgus existimat. Quod ad locum quidem attinet, constanter quicquā affirmare non audeam. Propterea quod ab omnibus id litus propius legentibus, cerni facile, ac conspici possit. Tritonem vero Tiberij cæsaris tēporibus visum in Lusitania, auditumq; fuisse, ita scribit Plinius. Tiberio (inquit) principij nunciauit Olisiponēsiū legatio, ob id missa, visum auditūq; in quodam specu concha canētem Tritonem, qua noscitur forma. Nec vero illud silentio prætereundum esse duximus. Nostro hoc tempore plerisq; i locis huic litori vicinis quodam hominum gen9 reperiri, qui & natura, & nomine Marini ab indigenis vocari cœperūt, ob eam præsertim causam, quod hispidum quid in cutis superficie gerentes, notas quasdam squāmarum, ac tanquā reliquias antiqui gñris, per totū ferme corpus sparsas, præse ferre, atq; retinere videant. Eos enim ab hominibus marinis, vel Tritonibus, originem genusq; traxisse, pro certo semper habitum est, eiusq; rei initium inde pfluxisse a maioribus accepim9 Tritones videlicet ad lit9, psilire interdū, atq; colludere paulatim assueuisse, eosq; fructuū d'cedine

OLISIPONIS

delinitos, quorū in his locis maxima est copia, eodem reuersos sæpius, in fabali quodā incolarum astu, eorum aliquot interceptos, ac postea blāditijs ad excultum māfuetūq; genus vitæ traductos esse. Et quidem si fabulosum videbit̃, domestica familiaritate, vocales reddi Tritones potuisse, in superq; cū Lusitanis consuetudinem vt haberēt effecisse, fabulosius sane mihi erit, barbarum incultumq; Tritonem, in Africa, in palude Tritonide, profuisse, ac cum græcis garrigentem, ab Iasone tripodem, quam Delphos asportabat, vti syrtiū periculis, suo ductu eaderet, sibi dari poposcisse. Nostris vero temporibus, vt efficacius testimonium in medium afferam, piscator qdam, dum inter scopulos Barbarij, p̃montorij, filo, hamoq; iuxta diuæ virginis sacellum, pisces capere contendisset, derepente ex vndis in scopulum, mas Triton exiliuit, barba prolixa, crinibus oblōgis, pectore hispido, facie nō admodū deformi, absolutaq; hominis formā. Qui cū paululum apricatus esset, & hominem a tergo, ipsius formam contemplantem, inspexisset, voce non humanę dissimili prolata, territis confestim in salum se submersit. Hæc

DESCRIPITIO

piscator de Tritone, siue homine marino cupidis audiendi, compto ordine, ac sermone, hodierna die enarrat. Deinde paucis ab hic annis, haud procul a lunæ promontorio, vt nobis retulit Ferdinandus Aluarus domus Indicæ scriba, vir integræ fidei, qui iuxta illud litus rusculum habebat, cuiq; vicinus erat vir probus, minimeq; fallax. is enim vicinus persæpe piscandi gratia, se in quosdã litoris scopulos conferebat. Ibi cum negotium die quadam foeliciter succederet, (vt Ferdinandus ab eo oretenus accepit) pisces quos hamo capiebat, a tergo sui, in aridum scopuli anfractum, quo tutius asseruarẽtur, proñciebat. Quod quidẽ persæpe inculcãs, interdum nudum adolescentem imberbẽq; per anfractum cõspiciebat. Attamẽ cum in illo loco, circum vicini incolæ frequẽter nare consueuissent, credebat ex ijs aliquem forte esse. Cui, cum intẽtus piscationi esset, nihil verbi faciebat. Tãdem intentius animaduertẽs, adolescentem pisces manu capere, & ad os deductos edere inspicit. Qua re cõmotus occurrit, hominem petiturus. Qui violento cursu, cachinãs ridensq;, in fugam se proripuit, pelagoq; vrinãs sese submersit

b

OLISIPONIS

Eodem ferme tempore, e regione vrbis, pelago interiecto, non procul ab oppido quod Barrerium nostri nominant, iuxta Alfonsi Alboquerci viri patricij villam, similis formæ hominem marinum exanimem æstus maris in litus eiecit. Præterea in antiquis regni archiuis, quibus ego ipse præsum, extat adhuc compositionis chirographum vetustissimum, inter regem Alfonsum tertium, & Pelagium Petreium, equestris ordinis. D. Iacobi magistrum, transactæ, qua decretum fuit, non magistro ordinis, sed regibus deberi vectigal syrenum, aliarumq; belluarum, in ipsius ordinis litoribus captarum. Vnde facile colligitur syrenes, cum de eisdem lex lata fuerit, frequentes olim in nostris æquoribus fuisse. Sed hæc hæctenus de Tritonibus, Nereidibus, syrenibusq; dicta sufficiant. Cæterum, vt ad institutum reuertamur, scire oportet, vt paulo antea diximus, nobis de nominis vrbis Olisiponis origine, & causa, nihil certi constare, imo nec quicquam, quod ad ipsius pristinam memoriam spectet, nec item ad res in ea olim gestas, inter Græcos, Latinos ve authores reperire po-

DESCRIP TIO

tuisse, eum minime dubium sit, in ea ciui-
 tate in qua hodierna die tot elogia, epita-
 phiaq; latinis characteribus, lapidibus ex-
 culpta extant, in ea ipsa, multa & præclara
 facinora transacta priscis temporibus eti-
 am fuisse, quibus nostrum hoc commenta-
 rium ornare, lustrareq; valuissimus. Sed
 cum illa omnia, vt ratione licet credere, tem-
 porum iniuria potius, quam scriptorum in-
 curia forte perissent, ex nostris tantum Lu-
 sitanicis annalibus, cum altius nihil, quod
 minime fabulosum videatur repetere au-
 deamus, exordium faciemus, Et post il-
 lam miserandam cladē, qua ferme vniuer-
 sa Hispania a Mauris occupata, Christi fi-
 dem deseruit, quomodo iterum ipsa Oli-
 sipo christo initiata fuerit demonstrabi-
 mus. Quæ res sic se habuit. Cum olim as-
 siduis incursionibus Mauri Hispaniam
 impeterent, pñ ac christiani homines vn-
 diq; opitulandi gratia eo confluebant,
 Regibus suam operam offerentes. Accidit
 tunc inter alios. D. Raymundum Tolosatiū
 comitem ad Alfonso Castellæ regē, electū
 imperatorem, subsidio venisse. Cui Hēricus

b ij

OLISIPONIS

eius ex sorore nepos, huius expeditionis comes fidissimus fuit. De cuius Henrici ortu, inter authores non satis conuenit. Nam Castellani scriptores eundem Cōstantinopoli natum esse aiunt. Galli autem ex Lothoringia promanasse asserunt, nostri vero ex Hūgaria originis seriem deducunt. Attamē nulla certa ratione omnes, id quod dicūt, demonstrant, qua nos quicquam audacter cōfirmare possimus. Cæterum ob ingentia istorum principum merita, Alfonsus Rex, Raimundo Orracam, Henrico vero Therasiam, filias in matrimonium collocauit. Et quidē Hērico & Therasiæ, Portugallię comitatum in dotem dedit, cuius prouinciæ eo sane tempore, præcipua pars a Mauris occupabatur. Ex Therasia, Henricus Alfonsum suscepit. Is Alfonsus post multa, & præclara facinora, pro christi fide acta, cum quinque potentissimis regibus Mauris in campis Oriciensibus apud Castrum viride cōflicturus, quos unico prælio deuicit, a suis militibus, in ipsis castris unico temporis momēto, Rex electus, creatus, iuratusque fuit, & quidem reluctans, id contumatiter cunctis asserentibus, nō decere strenuos milites, tam arduum, contra

DESCRIP TIO

tot præclaros reges prælium inire, nisi sub regum vexillo. Affirmant nostri scriptores, ipsum Alfonso, anteaquæ prælium iniret, christum in cruce appensum in æthere conspexisse, ei victoriam pollicentem, atque ducem fide flagrantem ita respondisse. Domine cum certo sciam, te filium dei esse, mundi quæ verum servatorem, non est quod te mihi demonstres. Vade ergo, inquit, & hostibus tuæ religionis, te ea lege ostende, ut nos tantis malis careamus, ipsique credant cognoscantque tua, tui solius nece, mundum vivere, & saluum esse. Ob quod miraculum, scuti basi, quod albi duntaxat coloris, tunc temporis Alfonso ipse gestabat, quinque cæruleos clypeos, pro devictis quinque regibus, clypeisque cunctis, in christi plagarum memoriam, quinque alba puncta, quincunciali ordine Rex ipse subnexuit. Quibus signis ab eo usque tempore Lusitaniæ Reges summa cum reuerentia utuntur, eaque continuo ob mysteriorum gloriam omni debito honore deosculantur amplectunturque. In quibus illud etiam mysterium, scitu dignum, inest, quod si quinque præfatis clypeis, numerum omnium punctorum adiungas, rationem tri-

b iij

OLISIPONIS

ginta denariorum reperies. Quo quidem pretio, orbis redemptor christus a Iuda, Iudeis venundatus fuit. Igitur affecuti sunt Lusitaniæ Reges, ex tam insigni victoria, ea signorum tam gloriosa mysteria. Quæ signa ut cælitus a christo concessa fuere, sic, ipsis ducibus, nobisque sub eis militantibus, ipsius Christi fidem, in immensum per vniuersum orbem, longius, latiusque quam vnquam fuit, nostraque industria, & labore propagata, euulgataque hodierna die est. Porro, ut ad scopum reuertamur, cum Olisipo ab hoc rege Alfonso obsideretur, & bello diu præliando, confligendoque oppugnaretur, christi fidei anno ipsius christi natalis. 1147 restituta fuit. Cui bello etiam nonnulli peregrini milites ex varijs Europæ partibus religionis causa interfuere, quorum non pauci dimittendo desiderati sunt. Nec defuere qui ex ijs miraculorum argumentis, loco sanctorum habitati sunt, inter quos quidam Henricus fuit, natione Germanus, Bonæ natus, oppidum est ad Ripam Rheni, non procul a Colonia Agripina constitutum, cuius Henrici meritis deus multa, & præclara miracula dignatus est facere, ut nostri annales testantur.

DESCRIPTIO

Hoc Rege Alfonso Regnante, non multis diebus post expugnatam Olisiponem, corpus. D. Vincentij leuitæ & martyris, in ipsam urbem, ex Sacro promōtorio, vbi diu latuit, relatum est, & in fornice summi templi, summa cum reuerentia hodierna die asseruatur. Quam rem diffuse Resendius noster graui carmine prosequutus est. E regione cuius monumenti, Alfonsi quarti regis, sepulchrum extat, eius inquam qui anno christi 1340 Alfonso Castellæ Regi suo genero luculentum contra Alboacem Maurorum potentissimum regem subsidium tulit, cruentissimoq; ad flumen falsum, prælio, aduersum eundem Alboacem præfuit, & gloriose victor, cognomen Ad falsum victoris vulgo obtinuit. Ob quam causam ipsius regis mentionem non displicuit nobis, hoc in loco facere. Ad radicem vero huius summi templi, paulo inferius occidentem versus, interposita platea, sacellum diui Antonij, quem Paduanum vocant, admirabili structura, & mira elegantia elaboratum, se se nobis offeret, olim ipsius diui Antonij paren-

b iij

OLISIPONIS

tum habitaculum, in quo quidem ipse natus, educatusque fuit, ex cuius natalibus non mediocriter, se se vrbs Olisipo extollit, & merito quidem, cum inter cœlites tam digne communi omnium christianorum consensu, sic annumeratus relatusque sit, vt deo totius christiani populi sententiam miraculorum fide confirmante, ipsius beatissimi Antonij nomen per vniuersum orbem cognoscatur, & reuerenter vbiq; gentium ab omnibus, eius memoria colatur, celebreturque, Sup cuius sacelli epistylum domus ciuica, seu vrbanacuria constituta est. De cuius ordine, serieque regiminis, multa & præclara dicere potuissemus, si id alienum a nostro instituto non videretur. Quam obrem ad ea quæ polliciti sumus redeamus. Igitur antiquæ vrbs Olisiponis situs, collem excelsum, ad Tagi Ripam deductum vsq; antiquitus solummodo occupabat, nunc vero plures montes, ac valles, magnitudine amplectitur. Cuius potissima, celeberrimaque pars orienti opposita est: qua potissimum parte, suscepto iam Tago, pelagus in latitudinem milliapassuum sex patet. Ex aduerso latere duo sinus efficiuntur: quorum vnus, Aquilonem versus in

DESCRIPITIO

erorsum reductus ad frequentem hactem-
 pestate vicum Gallecum nomine, alter ve-
 ro ad meridiem paulum deflexus, ad vicum
 Conam quotidianas habēt nauigatiōes. Ab
 eodem vero latere paulo inferius, oppidum
 Almada situm est, in extremo frōtis, quam
 Conēsis sin9 obliquo circuitu emittit. Quo
 quidem loco pelagus a licentiosa sinus vasti-
 tate paulo coarctatur. Illincq3 ad urbē tra-
 iectus est, passibus paulo minus quam milli-
 bus quatuor. Ripa vero lateris eius fere pre-
 cipitio in mare descendens, ac dorso in arc9
 similitudinem ad meridiem se se inclinans,
 ad Barbarium promontorium extenditur.
 Medijs his anfractibus, sinuosa, deuia, quasi
 syrtes intersunt: in quibus aurum arenis in-
 uolutum nostri conquirūt, eo præcipue lo-
 co quem Addiciam nuncupant: quod item
 plerisq3 locis in ipsa Tagi ripa fieri consue-
 uit. Nec a veterum sententia discrepat, qui
 Tagum auro, gēmisq3 affluere scripserunt.
 Ab hoc rursus Barbario promontorio, ad ci-
 teriorem litoris partem, quæ occasui subie-
 cta est, in mare progreditur lunæ promon-
 torium: a quo ingenti flexu, veterū Turdulo-
 rū fines exoriuntur. Quod litus in hāc vsq3

OLISIPONIS

ætatem, a nostris, vet̄ appellari consuevit. Interius, non magno deinde interuallo, in extimo Olisiponenſis ſinus hoſtio, fanum Virgini matri, quam Ductricem appellant, dicatum, in ſcopulis inſpicitur, vbi nocturnis ſacibus accenſis, nauigantibus iter noctu præmonſtratur, ne locorum ignari, ad vada, ſcopuloſq; vicinos, naues allidere cogantur. Interiora legenti Aquilonem verſus, oppidum Caſcale ſitum eſt, quo naues onerariæ in anchoris conſiſtentes, accedente maris æſtu, auram operiuntur, portu vadoſo alioqui, & anfractuoso. Modico inde interuallo, aduerſo etiam flumine, ſinus in cubiti formam efficitur, in cuius fronte ſacellum eſt diui Iuliani, ſupra quod aliud diuæ Catherinæ ſacrum. Tum eodem latere obliqua ripa, propius ad urbem accedenti, Bethелеem Oppidulum, & ibi templum ingens diuæ Virgini dicatum, vna cum coenobio monachorum, qui diui Hieronymi vitæ inſtitutum profeſſi ſunt, ſe ſe offert, in credibili ſumptu, ac magnificentia, conſtructum, diui Emanuelis regis monumentum, quod dum viueret, ſibi ipſe deſignauit erexitq;. Magnam tamen ipſi operi ad ceſſio-

DESCRIPTIO

nem Ioannes tertius Emanuelis filius, qui nunc feliciter regnat, & fecit, & facere non cessat. De qua re extat ibi in arcu celebre Resendij nostri bessalibus literis tetrastichon, quod quia a multis externis hominibus eo adcedentibus describitur, ponere non gra- uabor.

VASTA MOLE SACRVM DIVI
NÆ IN LITORE MATRI.
REX POSVIT REGVM MAXI-
MVS EMANVEL.
AVXIT OPVS HERES REGNI
ET PIETATIS, VTERQVE
STRUCTVRA CERTANT, RE-
LIGIONE PARES.

Turris vero ex aduerso, quatuor tabulato- rum extat, quadrato extructa saxo, quam iactis in mare molibus, ipse etiam Emanuel Rex inædificari curauit, vti salo vndiq; cir- cundacta, ab omni subita hostium vi, & impressione, tuta redderetur: nullæq; na- ues, ijs inuitis, qui turris præsidio im- positi sunt, propter angustias, ad urbem

OLISIPONIS

propius auderent accedere. Hinc autem ad primum vrbis cornu, trium millium passuum interest spatium: quo excursu crebra villarum suburbanarum ædificia, mira elegantia & amœnitate constructa, licet cernere. Rura item, ac pascua, præter maximam omnis generis fructuû copiam, summam etiam pulchritudinem, ac iucunditatẽ ipso aspectu præ se ferentia. Quod si singula quæ in vrbis ambitu insunt, persequi vellem, res profecto me longius quam oportet distraheret. Qua propter ab instituto non longe discedamus. Vrbis igitur Olisiponis initium, ab hac parte, qua meridiem respicit, vetus regia amplissima, magnificoq; opere pulcherrima, efficit, quam Ad Sanctos nostri nuncupant. Nomen inditum loco, quod longo temporis spatio; corpora sanctorum martyrum Verissimi, Maximæ, ac Iuliæ ibi recondita fuerint, donec sub Ioanne rege eius nominis secundo translata alio fuere. Qui quidem diui, dum christum dei filium orbisq; seruatorem constanter profiterent, sub Romano p̄side, Olisipone passi sunt. Inde obliquo aggere, saxoq; cõstructo ad vestaliû tẽplû, cui diuæ Mariæ Spei no-

DESCRPTIO

mē est, per cliuum sensim despressum itur:
 vnde rursus eadem via in aduersum montē
 conscenditur, Cuius in tergo, sacellum diuo
 Rocho nuncupatum, conspicitur. Eodē de-
 inceps tractu, in vallem amœnissimam, mœ-
 nibus vrbis contiguam, hortisq; vndiq; cō-
 sitam, est descēsus: quæ a sacello. Eremitarū,
 diuo Antonio consecrato, nomē olim sump-
 sit. Nunc vero ijs exclusis, ab adnūtiatione
 angelica deiparæ virginis facta, nomē habet,
 & a vestalibus Dominicani instituti inhabi-
 tatur. Mox pari accliuitate collis nascit̄, dēsis-
 simo oliueto obsitus, vt nō facile introrsus
 inspicī possit. A superiori vero parte apert9,
 & sacello diuæ Annæ, recēs dicato, ornat9,
 quod summa cum religione, & reuerentia,
 magna item populi frequentia, ab omnibus
 hodie visitur, & colit̄. Ab hoc subinde per
 agrum compascuum, leprofaria, foroq; bo-
 rio interiectis, in aliam vallem non minus
 fertilem, iucundamq; deuenitur. Quæ Mau-
 rusia nūcupatur, ex eo quod post recupera-
 tam de Saracenis vrbe, eo loci permitti sunt
 Mauri habitare. Cuius sinistram partē, quæ
 ad septentrionem vergit, vbi cāpi diuæ Bar-
 baræ incipiunt, angelorum sacellū diuidit.

OLISIPONIS.

Supra vallem hanc orientem versus, mōs excelsus iminet, recto, difficiliq̃ ascensu, a quo fanum diuæ Mariæ Mōtanæ, quod in summo montis culmine situm est, nomen accepit. Ab hoc præterea modico flexu, vtcūq̃ directo itinere, ad urbem reditur, statimq̃ obuium fit templum vetustissimum Augustiniensium monachorum, diuæ Virgini gratiarum sacrum, introrsus eidem urbis muro adhærens. Ex inde porro præteritis ditissimo cœnobio Vincētio leuitæ & martyri dicato, canonicorū diui Augustini, atq̃ Gymnasio non ita pridem celebri, antequā Rex Ioannes Tertius illud Conimbricam transfulisset, ad ripam Tagi decurritur, quæ aq̃lonare urbis cornu ab ea parte efficit. Qua parte amplissimum, nobilissimumq̃ vestalium diuæ Claræ cœnobium, ad fluminis crepidinē ferme attingit: indeq̃ auerso itinere, sacelloq̃ diuæ virginis Paradisiacæ interiecto, ad primam urbis portam, quæ Crucis dicitur, iter est. Ab illo autem Claræ templo ad regiam veterem quam Ad Sanctos antea nominari diximus, vbi meridionale urbis cornu posuimus, rectus margo, secundo mari ab oriente æstiuo in

DESCRIP TIO

ta aquarū vī atq; impetu, quouis anni tēpo-
re facile agerent. Cæterū lotricib; , alutarijs,
fulonicisq; opificib; , plerūq; seruiunt. Non
multo deinde interiecto spatio portam cru-
cis versus, fons ali; , aut vt veri; dicā stagnū
emergit: qui Equorū dicitur, p; pterea quod
per ænea statuarū equestriū labra, aquā ore
affatim vomentiū, instar fluuioli cursum te-
net. Sunt deniq; diuersarū aquarū saliētes,
fontes, puteiq; nō pauci in omī parte vrbis,
magnā ciuib; cōmoditatē afferentes. Quos
omēs in præsentī sigillatim enumerare, nō
huius instituti multū interesse videtur. Ad
reliqua igitur vrbis ornamenta breuiter, ac
summatim delibāda veniam; . Atq; vt anti-
quā in summa arce regiā, quæ in editiore vr-
bis parte posita est, (opus ipsam ātīquitatē
vere representās) omittamus, Olisipo septē
in primis ingentib; ædificijs singulari regū
nostrorū cōsilio, sumptuq; icredibili magni-
ficentissime extructis, hoc tēpore illustrat.
Horū primum, vt a religione initium facia-
m; , Misericordiæ templū est, quadrato vn-
diq; lapide elegāter extructum, nō infinito
prædiorū censu, ac prouētibus ānuis vberri-
mis, quē admodū plærēque omnes nre æta-

OLISIPONIS

tis Basilicę, sed sola optimatū, ac piorū homi-
 nū benignitate ita sustentatū, vt prope fidem
 supet, quantū in ānos singulos ex collatitia
 stipe, in paupes impēdat. Hui9 qui curā ge-
 rūt, sodales, siue vt expressi9 dicā, fratres Mi-
 sericordię nūcupant, quib9, propter & ge-
 neris, & nominis claritatē, & summā etiam
 pietatis probitatisq; existimationē, negotiū
 defert. Siquidē illi oēs cōmuni cōsilio pari-
 q; animorū volūtate, illud Misericordię æra-
 riū administrāt: quod ex fortuitis tantū mo-
 do hominū piorum largitionib9, eleemosy-
 nisq; cōflatū est. Ex quo sūma sodalitij fide
 & integritate, nullo habito psonarū delectu
 egentium omnium inopię cōsulitur, ac puidet,
 præsertim puellarū pupillarū, quibus inde,
 iuxta cuiusq; qualitatem, dotes in matrimo-
 niū cōferunt. Tū etiā eorū qui graui aliquo
 incōmodo, aut calamitate pressi, vitā in mæ-
 rore, rerumq; āgustia trahere cogunt. Quo-
 fit, vt multorū tā incolarū, quā exterorū mē-
 tes, ad largiēdū alliciat, perpetu9 ille ordo,
 incorruptaq; ratio erarij quotānis in paupe-
 res exhauriendi. Nihil em̄ in eo pecunię vl-
 tra ānuū tēp9 asseruari fas est, nec itē prouē-
 t9 habēt, nec ex instituto legibusq; sodalitij

DESCRIPTIO.

habere licet. Quod sane eo magis admiratione dignum videtur, quod ex ærario amplius viginti quatuor aureorū ducatorū millibus in singulos annos constet egentibus erogari. Quin nonnullis annis numerū quadraginta milliū æquasse vel superasse, cōpertum est. Secūdo loco sequitur alterū Misericordiæ, ac humanitatis exēplū, valetudinariū videlicet cōmune pauperū, infirmorūq; hominū, nomine Omnium sanctorū, non magnificētia ædificiorū, non sumptuū magnitudine, non deniq; benignitate erga paupes, varijs corporis morbis conflictatos, & expositos infantes quos nutriēdos alēdosq; curat, priori illi cedens. Id quatuor diuiditur claustris, hortisq; amœnissimis, porticibusq; quatuor & triginta, quibus circuncirca continenter adherent ædes magnificæ, triclinijs, lectis, culcitrisq; mundissimis decenter ornatae. Ibi pauperes ægrotantes benigne, liberaliterq; excipiuntur: nec nisi recuperata in integrū valetudine, inde dimittuntur, dato insuper quibusdam viatico, quo se non paucos dies, dum firmiores, valentioresq; effecti fuerint, sine vlllo labore, ac molestia subleuare possint. His porro quæstorum, cu

OLISIPONIS

ratorū, medicorū, pharmacopolarū, cæterorumq; ministrorū domo recte distinctis ordinib; cōiunctæ sunt: vt infirmis, si quis casus necessitasve acciderit, presto semper adsint, diesq; noctesq; pro se quisq; sedulo diligēterq; inseruiāt: adeo vt inter reliq; regia xenodochia qbus aplissimis celeberrimisq; Hispania passim pter ceteras orbis christiani prouincias referta est, nostrum hoc facile principatū sibi vēdicet. Pro hui; vero foribus cāpus patet apertus, planus vndiq; quadrato ædiū pulcherrimarū ordine circūdatus, a quo diui Antonij, & Maurusia valles, quarū supra mētionem fecim;, in deltæ literæ figurā se cōtingūt, ac diuersis postea plateis i corij bubuli similitudinē, detracta cauda, explicātur, mare versus decurrentes. Ad dextrū deinde eiusdē xenodochij latus, mediū inter aquilonem & occidētē, diui Domini tēplum situm est, ac collegiū celeberrimū, cui; ex aduersa frōte cāpo interiecto occidētem versus, tertiū extat monimētū, a Diuo Petro, Ioānis regis huius nominis primi filio, sumptu publico cōstructū, domo re vera aplissima, mirificoq; opere admodū cōspicua. Quā eo tantum cōsilio inibi, dū nomi

DESCRIP TIO.

ne Alfōsi quinti, sui ex fratre nepotis, regni regimē sustinuit, extrui imperauit, vti exte- rarū gentiū regūq; legatis, eo loci hospitium præberetur: publicisq; sumptibus ibidē libe- raliter magnificeq; exciperentur. Inde si re- cto itinere ad litus ire perrexeris, relictis ad dexterā in loco eminentiore cœnobijs Car- melitarum, Franciscanorū, ac ordinis Trini- tatis, magnifica, sumptuosaq; structura no- bilissimis, regiā nouā plateā, anagliptarijs, annularijs, cœlatoribus, vascularijs, fabri- ar- gentarijs, & ærarijs, aurarijs, item argenta- rijsq; refertissimam, præteriens, in aliam eo- dem pariter nomine nouam mercatorum, continuo flectens ad Iguam, deuenies, cæte- rarum omnium longe latissimā, ædificijsq; pulcherrimis, vtrinq; exornatā. Illuc omni- bus fere ex partibus orbis, & gētibus, quotidie mercatores certatim cōueniūt, maximo ho- minū cōcursu atq; freq̄ntia, ppter cōmercio- rū portusq; opportunitatē. Eadēq; via cōtra septētrionē p̄grediētī, ad Iguā portorium vetus obijciūt: vbi p̄ mercibus ip̄portatis, publica regi vectigalia nup̄ p̄debanūt. E regiōe huius por- torij forū qd̄ veteris pali vocat̄ appet, ī quo semp̄ nō pauc̄ hoīes mēsis assidētes repies,

OLISIPONIS

quos notarios vel librarios vocari possim⁹, nullis tamen ciuitatis ministerijs obligatos. Hi oēs ex hoc vite genere sibi alimentū sup-
peditāt, qđ omniū accedētū, mentesq; suas
explicātū, sensum assequant, ordineq; i eo-
dē ipso loco, subito schedis, scribant petēti-
b⁹q; dato, pratiōe materię pretio, tradāt, in-
tātū, vt literas, epistolasq; amatorias, elogia,
oratiōes, epitaphia, carmina, laudes, parēta-
lia, petitiones, syngrapha, & cuiuscūq; gene-
ris alia q̄ ab eis postulaueris, ad ea hēant dis-
positū scribēdi stilū. Qđ nullibi in toti⁹ Eu-
ropę urbib⁹ fieri vidi. Vnde Olisipōis mag-
nitudinē, & hominū frequētiā facile quis iu-
dicabit. Dehinc recto itinere ad tēplū Mīse-
ricordię, de quo iā dixim⁹, iter est, contraq;
ei⁹ vestibulū ex oriētali latere, quartū appa-
ret edificiū, regis Ioānis hoc nomine tertij,
p̄petua memoria dignissimū. Duplex nēpe
magnificarū ediū: structura, totidē portici-
b⁹, vtrinq; triginta duob⁹ arcub⁹, octogin-
taq; cellis exornata, āguستا, equaliq; areola
iteriecta: quā domū frumētariā reipublicæ,
ac q̄si Lusitanię nutricem merito nominare
possis. Ea siquē mētehorreū ibi publicū a re-
ge optimo ac prudētissimo cōstitutū est: vt

DESCRIPTIO.

Sublato frumēti leguminūq; oīu; portorio, qđ non sine fisci magno detrimēto, ipse omniū regū Lusitanię prim9 plebi elargit9 est. Speq; ingētis cōst9 mercatorib9 pposita, frumētū vndiq; ab eis cōuehiť. Eo pacto breui plebs ānonę caritate subleuatur. Qđ sane magno reipublicę cōmodo factū esse nuper exptisum9. Post hui9 tergū, nouū portoriū inheret, ipsā maris crepidinē attigēs, imanis qđā lapidū moles, tignis trabalib9 cōfertim āmissis, ac fistucationib9 in mare adactis, suffulta, regisq; eiusdē iussu, sumptuq; cōstructa, cui merito ob ēdiū magnificētiā, & opis pulchritudinē, quītū in hoc ordine locū tribuēdū esse duxim9. Eodē tractu secūdo mari, campus latus admodū inest, a noua portorij, horreiq; structura, tū a septētrionali, tū ab occiduo latere, pulcherrimarū ēdiū serie circunseptus, iū maxime a meridionali, porticu iucūdissima aspectu, ad lit9 vsq; ornatu sūmo, deduct9. Nā aliud lat9 qđ oriētē hibernū respicit, mare iccludit. In eo forū inest piscariū, vnaq; forūq; cupedinis cōstitutū, quo cetarij, fartores, cupedinarij, lanij, panifices, dulciarij, gregatū quotidie cōcurrūt, oīa quę ad vrbē vescedi causa afferunt,

OLISIPONIS

vēdētes. Præterea, ppolarū, institorū, caupo-
nū, stabulariorū. linteonūq; tabernæ ibidē
īstructissime visunt. In hoc vero piscario fo-
ro, certa quātitas corbiū deposita est, magis-
tratuū edicto, qb; cimbis piscatorijs appul-
sis, pisces a mediastinis in forū advēditrices
aduehunt. Hi quidē corbes singulis annis a
magistratu, piscatorib; plus min; duobus
millib; ducatorū locant. De qua sane re, an
causa adaucti vectigalis, ciuitati cōgratuler,
an tā latētē tyrānidis speciē reprobē, dubi; &
pplex; sum. Nec huic loco talia conserui,
nisi vt vrbis opulētiā externis hominib; pa-
tefacerē. In hui; verō cāpi occiduo sinu, eo
dē piscario foro a tergo relicto, mercatoq;
panificū, holitorū, fructuū vēditorū, aucu-
pūq; interiecto, nec nō macello, domus quā
nri Septēsem nomināt, sita est, ī qua regnī p-
fecti negotia ad bellum Africanū spectantia
expediunt. Nō, pcul pterea ab hac domo, cō-
tiguo gdiū ordine, sextū monumētū, ope ad-
mirabili factū, extat, pda spolnsq; multarū
gētū regūq; refertissimū, quod ab indicis
negotijs, q; ibi pertractant, domū Indicā vul-
g; nostrū appellat. Attamē meo quidē iudi-
cio, aromatū, margaritarū, carbūculorū, sma

DESCRIP TIO

ragdorū, aliarūq; ei⁹ generis gēmarū, q̄ quo
tānis ad nos ex India deportant̄, ē poriū co-
piolissimū, tū auri quoq; & argēti facti infe-
ctiq; horreū āplissimū veri⁹ appellare pote-
ris, qđ cellas ibi quā plīmas miro artificio,
atq; ordine distributas, maxima oīum harū
rerū copia affluētes, ab oīb⁹ cōspici posse pa-
lā est, vt me hercules, fidē res superatura sit,
nisi id oīum oculis obijci, manib⁹q; in horas
pene cōtractari viderem⁹. Proinde ex regia,
quā ibi desup. D. Emanuel amplissimā, &
sūptuosissimā sibi fabricat⁹ erat, portic⁹ lati-
ssima velut musculus, vt demōstrauimus (a
qua cāp⁹ de quo paulo āte mētionē fecim⁹
a meridionali latere sepit̄) in mare prūpit, in
cui⁹ frōte ad oriētē vers⁹, turris vndiq; qua-
drato saxo mire exculta, litori imminet. Ad
hoc ibidē ī ipso litore aliud edificiū ope mi-
rabili a fūdamētis modo facere occepit potē-
tissim⁹ loānes. III, Rex dñsq; noster, qđ cū
deo diuisq; ppit̄s ad exitū pduxerit, octa-
uū locū ciuitatis ornamēti obtinebit, ac reli-
quis oibus palmā facile p̄ripiet. Postremo ei
regiæ, quā dixim⁹ Emanuelē edificasse, e re-
giōe hui⁹ nouę istructure, occidētē vs⁹, pla-
tea iterposita, cōtiguū est septimū, vltimūq;

OLISIPONIS

publicū monumētū, cellis quā p̄rimis, ac trī
clinis quāquersū artificiose fabrefactis īstru
ctū, vt ob iteriorū ēdiū multiplices recessus,
aditusq; diuersos, Labyrinthū esse vere existi
mes. Ibi Reges n̄ri armamētariū īgēti armo
rū ois generis copia refertū cōstituerūt, ma
chinarū itē, & tormētōrū, tū rerū oīum q̄ ad
bellū terra mariq; gerēdū p̄tinēt apparatus,
adeo instructū, vt ceteris om̄ib; q̄ Europa
Asiave hodie instructissima copiosissimaq;
hēre fert, quorū optimā p̄tē vidim; & mul
titudine machinarū, & infinito armorū telo
rūq; numero facile p̄stet. Id v̄o hoc argumē
to me cuiuis facili; p̄baturū puto, qd̄ rex in
ordinarijs tm̄ naualib; expeditiōib;, naues
plures ducētis oīū; generū p̄petuo īstru
ctū, optimeq; armatas in Asia, Africa, Europaq;
hēre cogit. Trib; autē harū ēdiū cellis, q̄ dra
ginta millia peditū armatorū corpa, ac tria
millia cataphractorū itēgra q̄si ex deposito
diligētissime, nitidissimeq; custodiunt, p̄ter
ea q̄ ad quotidianos & extraordinarios mo
tus dep̄munt. Bōbardici quoq; generis, Mor
tarios, Scorpiones, Basiliscos, Leones, Colu
brinos, Camelos, Petrarios, Dispsores. Rup
toresq; inusitatae magnitudinis, & pōderis,

DESCRIPŦIO

tū reliquorū etiā vulgariū miſſiliū, quos Falcones, Bercios, Scopposq; vulgus appellat. Pulueris itē, & globorū, tā ex ſaxo q̄ ex ferro tātā vim & copiā aſſeruari cōpertū eſt, vt ſi ſingulas oīū diuerſasq; formas, numerū pōdusq; per partes explicare coner, verear ne falſa ſis, p̄ veris huic opi videar iſeruiſſe, quib; hęc legēdo dūtaxat, vel audiēdo percipe ſufficiet. Ad reliq; igit̄ pergamus. Vrbs ex ea parte qua mari adluit̄, vt paulo āte demōſtraui, vt pote nobiliſſima ei; parte, portis duab; & viginti diſtinguit̄: pars v̄o q̄ cōtinētē reſpicit, ſedecim, quib; oīb; p̄pter infinitā hoīum multitudinē, ei; q̄bitū latiſſimū, maxime indigere videt̄. Turribus autē per murorū gyrū ſeptuaginta ſeptē munit̄. Tēplavero q̄ a grecis paroeciæ appellatur, i quib; ſacramēta fidelib; oīb; ſubminiſtrant̄, quinq; & viginti numerant̄, p̄ter ea q̄ p̄ima monachis, Anachoritis, veſtalibusq; virginib; ſunt attributa. Huic loco nō nihil in laudē eccliaſticæ muſicę adiiciā, idq; veriſſimū cōpertiffimūq; inter oēs ciues habetur. Nepe qđ in p̄cipuis āni feſtis diebus, ex ipſa vrbe Oliſipone, vltra triginta abſolutos cātorum choros, ad ſacra modulato cātu, in

OLISIPONIS

pagis villisq; circūvicinis canenda, vna die cuncti exeāt: oīb; vrbis tēplis, in quibus musica modulata canit; ex eo nihil detrimenti, ad suas celebrādas festiuitates capiētib;. Societates vero quas confraternitates vocant. cxxxi. sunt, in quarum vsu ingēs a sodalibus quotānis cōflatur pecunia, q̄ in paupes, & alios vsus necessarios summo ordine, elargit. Qd̄ autē ad loci, situsq; salubritatē, & aeris tēperamētū attinet, tāta certe soli, cæliq; clemētia, & amœnitas est, vt nullo fere vnq; anni tempe, nec estas, nec hycms imoderata sentiat, quo factum est, vt multi mortales ex diuersis nationibus, terrisq; remotissimis, cæli puritate perlecti, illuc cōmigrarint: derelictoq; solo natali, & patriæ cura posthabita, perpetuā ibi sedem, vitæq; domiciliū posuerint. Vrbis vero territorium, suburbanis, rusticisq; villis ædificijsq; magnificis, quocūq; oculos verteris, ppter agri foecūditatē vndiq; refertū videas, tāta etiā hoīum frequentia, vt i secundis iā pridem reb;, ppetuaq; pace cū finitimis parta, cōplures iā ruri potius, q̄ i vrbe cōmorādi desiderium teneat. Agros em̄ passim, nō vicis pagisq; solū, sed tēplis etiā, claustrisq; innumeris & ornatissi-

DESCRIPŦIO

mis, frequētari, cū tāta animi voluptate vide
 m9, vt villæ, tā rusticæ, q̄ suburbanę, nume
 rū sexcētārū excedāt. Pagos vero q̄ ab vrbis
 magistratib9 ius petere cogūtur, ducētos q̄
 draginta numerāt, inter quos sex & triginta,
 priuatis p̄prijsq; iudicijs ac p̄torib9 vtūtur,
 suisq; oppidanis iurisdicēdi potestatē hñt,
 icolarūq; cōtrouersias per se oēs dñjudicāt,
 & finiūt, nisi cū de causis capitalib9, grauio
 rib9q; agit. Tūc em̄ ad summū vrbis magi
 stratū puocat, eiusq; sentētiā req̄rere cōpel
 lunt. Deniq; vt ea q̄ insigne aliqd' ornamen
 tū vrbis afferre possunt, breui velut epilogo
 cōplectamur, ad Tagi Ripā quinq̄gesimo
 circiter ab vrbe lapide, flumine aduerso, op
 pidū Scalabis sitū est, per vet9 atq; inter ple
 raq; alia Lusitanie oppida per celebre, quod
 Plini9 quintā Lusitaniæ coloniā fuisse, atq;
 p̄sidiū Iuliū olim vocatū testat, n̄ri hodie Sā
 ctarenā vocāt. De qua re plura apud Resen
 diū n̄rum antiq̄tatis amatores inueniēt. Inde
 qm̄ in mōtis excelsi admodū iugo positum
 est, in cāpū apertū & planū, lōge lateq; def
 picit, qui cāpus Tago medi9 diuidit, maxi
 ma terre fertilitate, que ceteris om̄ib9, vsq;
 eo prestat, vt modicę arationes, quotannis

OLISIPONIS

pro vallis angustia, incredibiles tritici aceruos
afferant. Ad tantam autem soli ubertatem id laudis
non pudebit conectere, quod multis dictu vix
credibile videbitur, sexagesimo nempe post die,
quam semetis fieri coepta est, segetes momento
fere temporis adultae, ac praematurae secantur, terun-
tur, & si libet moluntur. Verum ut ad propositum
revertar, Tagus qua Scalabim adluit, usque ad
urbem latissimo alueo deferitur, atque altissimo.
Nec eo contentus, interdum multos sinus ultra, ci-
troque, & in insulas efficit. Eo itidem interuallo,
oppida, pagi, villaeque, aspectu situque gratissi-
me ac amoenissime conspiciuntur. Medio fere
cursu cis Tagum, occidentem versus, oppidum Alan-
quer situm est, quod, ut sentit Resendius, prisca se-
cula Gerabriga appellabatur. Locum natalis nostri,
cuius novam interpretationem si propius inuestiga-
re libuerit, Alanorum ecclesiam lingua Saxonica
sonare conperies: nec a veritatis via multum
aberrabis. Alanos siquidem cum uniuersam Eu-
ropam cedibus, incedensque vastam peragrasset,
his locis coesedisse, eaque tantisper incoluisse ex
multorum analium monumentis conpertum est, dum
Gothis superuenientibus ex provincia prorsus dis-
cedere, aliasque terras querere coacti fuerint.
Quae gens omnis lingua, moribus, vicinitateque,

DESCRIPTIO

cipiens, in meridiemq; excurrent, millia passuum tria ferme efficit. Eo igitur modo, latus hoc urbis mari alluitur, reliquæ tres partes aditum habent a terra. Itaq; collibus quinque, vallibus totidem feracissimis, & iucundissimis, urbs tanto spatio complectitur, ita, ut uniuersus eius ambitus septem millibus passuum designari possit. Certam autem eius formam descriptionemq; facile deliniari posse non arbitror, cum in solo montoso, asperoque sita sit. Nihilominus si quis ex oppido Almada, quod contra in vltiore sinus parte positum esse docuimus, rectis immotisq; oculis, urbis situm figuramq; velit contemplari, ab ea præsertim parte, qua in urbem traicitur, illam certe veram vesicæ piscis effigiem refferre comperiet. Quod si solum omnibus ex partibus planum esset, a latere terrestri, formam arcus demonstraret. Interioris vero urbis amplitudo & magnificentia, tanta est, ut cum cæteris omnibus Europæ urbibus, & hominum multitudine, & ædificiorum pulchritudine, & varietate, merito contendere possit. Domorum siquidem

OLISIPONIS.

amplius quam viginti millia inesse constat. Earumque ingens multitudo, tam principum virorum, nobiliumque, quam etiam priuatum hominum, eleganter, & sumptu prope incredibili constructa est, adeo, ut etiam parietes intrinsecus, fornicesque, ligno Sarmatico vndique vestiti, vermiculato opere, auro, varisque coloribus adhibitis exornentur. In litore, fontes quam plurimi ex diuersis vrbus partibus per ductos subterraneos oriuntur, e quibus populus aquationem facit. Eorum vnum Regium nominant, marmoreis columnis, ac fornicibus eximie constructum, sexque fistulis tanta aquae copia profluentem, ut vnus, vniuersae hominum multitudini potum pene suppeditet. Hic autem saporis, & splendoris, & lenitatis praestantia, omnium fontium, quos usque me videre meminerim, aequam aut aequat, aut superat. Tepidam etiam cum effundat, paruoque ipsa post temporis momento resederit, tum purissima, frigidissimaque suauissime bibitur. Duo praeterea fontes haud ita procul, emergunt maximis aquae scatebris, in mare breui admodum fluxu prorumpentes. Quod si longiori distarent a mari interuallo, multae frumentariae molae tan

DESCRIP TIO

Saxonibꝰ ab origine fere semp cōiūcta fuit, & ad hūcꝰqꝰ diē mutuo quodā vinculo propinqꝰtatis se se refouēt. Ad huiꝰ vero oppidi radices (est em̄ eiꝰ p̄cipua pars in sūmo mōtis p̄alti culmine sita) fluuiꝰ e multis fontiuꝰ riuis subterraneis orit̄ per amoenꝰ, pisciuꝰqꝰ multo feracissimꝰ, qꝰ arboribus vtrinꝰqꝰ cōsitus, sole meridiano, magnisqꝰ caloribꝰ, vmbra efficit, quo hoies vt p̄imū secedūt, gratissimā. Mox magno impetu inter cōfragosa mōtis, in planiciē aptā delatꝰ, sexqꝰ a capite fōtiū passuū millibꝰ, in Tagū diffundit̄, qua parte Tagꝰ crebras insulas emittit, quæ omnes frumēto, pascuisqꝰ pinguiissimis abundāt. Attamē earū nulla hoc tēpore castellis, pagisve, aut vitibus colit̄, vt Strabo scriptū reliqt. Quæ res Tagi ipsius alluuiōibusve tustateqꝰ tēporis forte deficientes, hoc gloriæ corollario cohonestantur, quod hodierna die, Tagus ipse per vniuersa oceani litora, in Africa Asia qꝰ, leges & instituta det, quibus ipsarum prouinciārum reges, principesqꝰ, sponte vel coacti parent, tributaqꝰ Lusitanis soluunt, Christi qꝰ fidem indies magis magisqꝰ non pauci colunt. Quod nō in Indorum ditionibus modo, sed in China

OLISIPONIS

rū etiā terminis, ac Iapponū finibꝰ, gēte āte
hac Europæ incognita, summa cū reuerētia
fit. De innumeris vero exoticis rebꝰ quæ ex
nris vniuersæ Indiæ, Persiæ, Arabiæ, Æthio
piæ, Bresiliæ, Africæqꝫ ditionibꝰ, in hāc vr
bē toto āni circulo aduehunt, deportantqꝫ,
cū de omibꝰ ijs satis luculēter, in eo opuscu
lo qd' de fertilitate, & opulētia Hispaniæ e
misimꝰ tractemꝰ, nullā consulto hic facere
mētione sigillatim voluimꝰ. Si quis, forte id
cognoscere auide cupierit, ipsum librū cōqꝫ
rat, quæsitūqꝫ legat. Ceterū si lectori n̄r hic
labor displicuerit, sciat nos nō ita hoc opus
cudisse, vt itinera alijs scriptoribꝰ iterclusa
a nobis esse opinemur. Nā si forte aliqꝫ de
origine, & vrbis situ cōpertiora in mediū at
tulerit, rem p̄fecto gratā cūctis, nobisqꝫ in
primis fecerit.

QEBORÆ, APVD ANDREAM
Burgēsem, typographū illustrissimi prin
cipis Henrici Infantis Portugalliæ. S. R. E.
Cardinalis, ac aplice sedis Legati a latere.
Permissa est editio a reuerendo patre fra
tre Gaspare de Regibꝰ S. Theologiæ do
ctore ac hereticæ prauitatis inquisitore.

Mense octobri. 1554.



RES.
1554